

Ch. XIII 1

II n
1706

P ANEGYRIS HEROICA:
I N S C R I P T A

DVOBVS CLARIS-
SIMIS IMPERII ROMANI LV-
MINIBVS, D. HENRICO II. IMPERATO-
RI: ET D. KVNEGVNDÆ IMPERATRICI, VIR-
gini. Annum circiter M. c. xxv. ex hac communi miseria-
rum palæstra, ad cœleste illud exultantium Ange-
lorum Capitolium, diuino brachio fœ-
liciter translatis.

*Ex Blondi Flauij 3. lib: Decad: 2. Antonini Episcopi Flor:
parte 2. tit: 16. cap: 4. Naucleri Generat: 34. volum. 2. Histo-
ria Lambar: Ioanne de colum: Vincent: in specul. Ra-
pha: Volater: Anthropologia lib. 23. & alijs.*

P E R

M. GEORGIVM NICOLASI-
um, Particularis scholæ Friburg. Brisgouia Rectorem.

15



98

FRIBV RGI BRISGOVIÆ
EX TYPOGRAPHICA MAR-
TINI BÖCKLERI.

I 171

GA XII

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE

UNIVERSITY OF HALLE

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE

UNIVERSITY OF HALLE

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE

UNIVERSITY OF HALLE

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE

UNIVERSITY OF HALLE

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE

UNIVERSITY OF HALLE



REVERENDIS, NO-
BILIBVS AMPLISSIMIS QVE VI-
RIS AC DOMINIS, D. DECANO,
*Præposito, caterisq; in Cathedrali Ecclesia,
& summo Templo Basiliensi, Canonicis:*
*D. D. suis omni honore & obser-
uantia dignissimis.*



AGNV Minprimisfacri-
legæ cuiusdam temerita-
tis & blasphemix signū,
detestanda passim relin-
quit Hæresis, Reuerendi,
Nobiles Amplissimique
Viri, quòd errorum ac sce-
lerum, quibus Europæ ambitum turpiter
coinquinat penè vniuersum, non contenta
prodigioso illo tuo atque infelici partu, cla-
rissima insuper venerandæ Antiquitatis mo-
nimenta, & Trophæa velut quædam auitæ
deuotionis, Delubra & Basilicas consecra-
tas immortalis DEO, beatisque Cælitibus,
phanatico nescio quo spiritu ebria, aut spo-
liat,

liat furenter, aut tollere è memoria hominum atq; conspectu conatur impiè ac nefariè vniuersas. Quo quidè in negotio, quàm letos fortita sit euentus, & machinatione nefarij flagitij minimè exciderit, magnificæ palam testantur ac sumptuosæ illæ vastissimarum structurarum machinæ, Argentinensis inquam, Rauracorum, Misniaca, Mersburgensis, Hildesiana, Parthenopolitana; in quibus omnibus aut restaurandis, aut à fundamento educendis, inuictissimus Imperator HENRICVS huius nominis. II. sanctæ & immortalis memoriæ, Princeps pius, Catholicus, pater patriæ, defensor & protector fidei, quantum laboris & curæ, quantum pecuniarum impenderit ac sumptuum, persuaderi nemo poterit vt credat, nisi veteri natiuoq; habitu ac maiestate sua easdem nixas, vel imaginaria saltem oculorum mentis apprehensione spectauerit: quarū auaræ Hæreseos brachio truncatus iam olim decor & gloria omnis, miserè tandem, his postremis ætatibus, euauit, vt nihil aliud, nisi deformē
quan-

quandam rudrum & indigestam molem,
repræsentare spectantibus, & præseferre vi-
deantur pleræq; conflato in monetam om-
ni auro & argento, atq; vniuersa vaforum ve-
stiumq; sacrarum, quibus ad stuporem vsq;
intuentium abundabant, decocta ac deuo-
rata, famelico ventre, supellectile. Ex qua sa-
crilega Pseudoeuangelicorum spoliandi li-
bertate, in eam deniq; coniecturam, volen-
tes nolentes rapimur, vt nō tam auidos ipsos
sacrorum Thesaurorum, quàm inuidos esse
perpetuæ felicitatis, qua D. Cæsar HENRI-
CVS, Imperiali diademate ac regio sceptro
inignitus, in throno glorię perpetuò trium-
phat, certissimò credamus. Iste porrò furor,
quo in diuina iura impias mittit manus ex-
ecrabilis illa pestis, & prophaniat prædaturq;
omnia, quàm non dissimilis sit crudeli Bar-
barorum sæuitiæ, imò quàm verè barbaram
illam Gentilium affectet vincatq; truculen-
tiam, nemo non uidet. Dirutum per Hun-
nos atq; Vngaros summum Templum Ba-
silææ & Argentorati, soloq; æquatum fuisse

utrumq; , cū per Alemanniam longè late-
que grassantes , in Burgundiam & Galliam
ascenderent, eamq; cladem in Annum à na-
to Salvatore 917. incidisse, referunt historiæ.
A quibus, munificentia Imp. HENRICI,
immenso ære restauratis, post euolutos an-
nos centum, cū tot interim sæculorū cur-
su, nullo Tyrannico amplius conuulsa impe-
tu, ad nostrum penè æuum vsq; steterint, sce-
lesta illa omnium dissidiorum mater absti-
nere non potuit, quin violenter, spe rapinæ,
tandem aliquando inuolârit. Quo quidem
tempore vobis, D D. Reuerendi & Nob. ad
amplissimam Imperatoriam Donationem,
primò, non quidem ius ac priuilegium, quo
in hodiernum diem fruimini, sed intercepto
solūm accessus erat. & præclusa, securè offi-
cia vestra ibidem obeundi, libera potestas.
✠ Quæ me ratio potissimum hortabatur,
vt Panegyri hanc heroicam, de vita, virtu-
tibus ac rebus gestis, laudatissimi fundatoris
fundatricisq; Cathedralis Ecclesiæ atq; col-
legij vestri, D. HENRICI, Romani Impera-
toris

toris, Augusti, fortunati, &c: ac D. KVN-
GVNDIS Imperatricis, Virginis, in gratiam
vestram, & debitæ obseruantiaë testimoniũ,
concinnatam typisq; expressam, omniũ sub-
ijcerem iudicio. In cuius quidem Historiæ
euolutione, hoc plerisq; euenturum, mihi
certò polliceor, vt exordia ipsa atq; incremẽ-
ta virtutum, quibus sublime illud ac præ-
celsum turgentis Mundi folium, vt legitimis
suffragijs Septemuirorũ Imperij, primus hic
noster Princeps appræhenderet, promeruit;
tũ blandioris fortunæ, quæ victorem af-
flabat, perpetuos successus; ac deuotionis
demum diuinum quendam feruorẽ, admi-
rantes, non tam Authoris conatus præcipi-
tes ac temerarios, quàm Argumẽti ipsius ma-
iestatem, candido iudicaturi sint ac beneuo-
lo affectu. Nec verò dubitare possum, qua
gratia, quo candore animi, qua serenitate
vultus, hoc accepturum sit, quicquid est mu-
neris, Amplissimũ collegiũ vestrũ, cùm iam
ante fauor vester ac benignitas, multis argu-
mentis mihi cognita & explorata, vt gratitu-
dinis

dinis vel mediocre aliquod signū exhiberē,
ad oblationē Opusculi præsentis, quasi no-
lentē & inuitū cōpulerit; vtpote, q̄ & humi-
litem fortunæ meæ, & ingenij neruos in-
ualidos ac debiles, Dignitatis verò celsitudi-
nem in vobis, & rerum experiētiā præcla-
rissimarum, cum virtute & eruditione con-
iunctā, habuerim plusquā satis manifestam.
Extendat Diuina omnipotentia brachium
virtutis super vos, laudatissimumq̄; ordinem
& collegiū vestrū, regatq̄; cursum æui, vt si-
cut pulcherrimis initijs sanctissimorū fun-
datorum HENRICI & KVNIGVNDIS,
inchoatum secundò restauratūq̄; est, ita con-
tinua successione, per multos centenarios
annorum placidè decurrens, sub auspicio &
patrocinio eorundē, quasi ad primæ pacis &
securitatis, qua olim florebat, rediēs iterum
exordia, præstitutam cœlesti & æterna dispo-
sitione, plurimorum temporū feliciter ad-
impleat seriem. Actum Friburgi Brisgoiæ
kalen. Iulij, Anno 1598.

R. & N. D. V.

Obsequentiss.

M. Georgius Nicolaius.



*Cæsareum primus qui per suffra-
gia culmen,*

*Robore virtutum septus, Di-
uumq; potenti*

Brachio, & afflatu fortune, apprehēdit, auita

Saxonica de stirpe domus, tituloq; paterno

Boiorum princeps, unde infima respicit alto

Victor ab Empyreo & mundi ludibria spectat,

Dirigat hac mea cepta, precor, faueatq; canēti.

Fre per alta iuuat rerum fastigia passu

Nō humili, exosum vana & vulgaria semper,

Conantemq; suis forsā grauiora Poētā

Viribus, ingenij præceps quō me vehit ardor,

Et rerum vbertas illustrium & ardua facta.

Eliciat diuini aliquam mihi Numinis ille

Particulam, motuq; regi præcordia sancto

Impetret: audacem sic ultra sidera figam

Intrepidumq; pedem, & sursum temerarius

Celesti securus ope, in sublimia quæ te (ibo,

Sustulit ultra hominum sortem, dūm vita

manebat

B

Hæc

Hec mortalis adhuc tibi sancte Monarcha su-
Consorte q̄ tuā, que cādida lilia vicit (perstes,
Lactepudicitia niveo, floresq̄ rosarum.

Magna velim; sed torrentis tam prädiga
versus

Vena ubi? caelestes rivi descendite, nectar

Labere, ut exaturem fauces, & largiter ora

Proluam, & hoc bibito siā fecundior imbre.

Sin minus effectu obtineā quod postulo, inertī

Carminē adūbrādo laudes, voluisse videbor

Scilicet, & voluisse sat est: operosa voluntas

Factū equat, culpaq̄ caret, qui mole laborat.

Nil hinc certē aliud speratur premiū, Olympi

Quam ut mihi propitios faciam, experiarq̄

fauentes

Ter fortunatos Superos, qui facta lucentem

Impia contrito affectu, in diuina Patroni

Brachia & amplexum insinuent. Quod de-

precor unum

Diue à te Caesar, tua dum preconia voluo:

Approba opus, placeatq̄ labor, nec munera

sperne hæc;

Fas fuerit, tam celsa humili comprehendere

versus

Ten-

Tentasse eulogia: affectus, non gloria, traxit:
Concepi votum, & votiū hoc offero carmē.

Longius occiduo de cardine terra recedēs,
Respicit Eoos, campi: latissima, fines,
Fertilis ut frugum, Heroū sic semine: quondā
Nomen erat Noricis; Boios vicina voca,
bat (etas.

Posteritas; Bauaros hac ultima nuncupat
Illa parens regum atq; altrix, Augusta pro-
pago

Cesarū ubi, ad Latios fasces ac sceptrā superba
Creuerat Imperij, & magno se effuderat orbi,
Post Caroli, cui Crassus erat cognomē, acerbos
Interitus, ex quo in fraternum iure nepotem
Arnolphū translatus apex & gloria regni est:
Vnde per HENRICOS, Francorum in stirpe,
voluta

Substitit; Aucupium dedit vni, Rixaq; nomē
Alteri: & hic primo nactus cum Otthone pa-
rentem

Aucupē, in imperiū suffecto fratre, ab eodem
Ius Norici obtinuit dominus titulūq; Ducat',
Hui' auus, stellata supra qui templa triūphat,

Cui incomptum hoc meditamus opus, steriliq;
camena (cretus,
Ludimus. Hic tam illustri igitur de sanguine
Caesareum per iter, quod iam strauere priores
Et pro aui atq; at aui, non ingressurus inert
Languentiq; pede (impresit rudioribus annis
Euentus iamq; illi aliquam diuina voluntas
Noticiam tam felicis tamq; ardui) in omne
Composuit mentem studium virtutis, ab aui
Primitijs, iuuenilis adhuc dum flamma cale-
ret,

Turpia nec passus transire per otia tempus,
Ingenium quin excoleret sacra atq; profana
Rerum cognitione auidus nulliq; labori
Parceret, egregias animu exercendo per artes.
Gymnasiu vetus Hildesia florebat in urbe,
Concursu studijsq; frequens, et nobile fama
Nominis: hic nutrice puer fuit atq; Magistro,
Lacte et doctrina pastus, maturior illi
Iudicio pleno donec subreperet etas,
Principe digna viro qua tradita in arma, pa-
lestram

Martiã inexhausto pariter calcabat amore,
Maiorum

Maiorum pede signatam ad fastigia rerum
Paulatim libando viam, ne degener esset
Nō patrie laudis, sed tātūm sanguinis haeres.
Sic in bella Ducum comes ibat, ubi Hæresis
aut stirps

Ismaëlis truncanda vetus, materq̄ salutis
Propaganda fides, suaq̄ ultrò contulit arma
Sapius, & vires peregrino expertus in hoste est.
Jamq̄ magis semperq̄ magis clarescere
virtus

Caerat, hic pietatis honos, hic gloria belli
Mole operum & factis prægnās: iā celsior ibat
Vertice contingens sublimia sidera Princeps,
Inclyta quē magnum portabat fama per orbē,
Vectum incredibili applausu publicoq̄ favore
Magnatum imperij, totiusq̄ ordine gentis.
Hinc ambire thorū, thalamiq̄ æterna pacisci
Fœdera certatim votis communibus instant,
Eligiturq̄ gener multis è millibus unus. (dē
Forma dabat roburq̄, Duci atq̄ opulētia lau-
fus super, & placuit morū non barbara in ipso,
Nec tristis nemiū gravitas, vultusq̄ severus,
Martia quo plerisq̄ solet frons stare rigore

Torua viris, habitusq; nota formidinis asper;
Sed blanda & comis, qualē mens ebria spirat
Celesti afflatu, & diuino Numine turgens.
Non alio aspectu, tumido cū hostile draconi
Arduus imprimeret, traiecta q; rumperet ictu
Guttura, Cappadocem credā, nec fronte fuisse
Thebanū ductorē alia, in certamine quando
Barbaricos contra cuneos cum milite stabat.
Dira q; fulmineo prostrauerat agmina ferro.

Franconica stirpis SIGEFRIDO nata pa-
rente, (tis,

In reges qui stemma suum & primordia gē-
Agnatus Regum & pronepos referabat, auita
Maiorum serie, ante alias formosior una,

Connubio matura fuit KVNEGVNDIS, &
apta (rem,

Jam cui flore viro, Veneris cui imitata colo-
Purpura abundabat facies, maculisq; rosarū,
Puniceo interfusa genas & candido amictu:
Nigra oculis, electri instar, gemina q; pupilla
Stella obliquabāt medias intra organa flam-
mas,

Et parui idæam infantis: coma pēdula fluxit,
Crispa

Crispa atq; auricolor, sūmo de vertice ad imos
Vsq; pedes, multoq; humeros ūbrauit honore.
Hoc compsit Natura habitu specieq; puellam.
Sed ne externa animo stimulum & fomenta
venustas

Subderet obscæne prauæq; libidinis, auxit
Virtutum flammæ castiq; pudoris in ipsa,
Vberiore modo, & diuina carismata fudit
Desuper omnipotens, ut tracta cupidine cæli,
Non alios nisi cælestes experta calores,
Non alias nisi diuinas meditataq; flammæ,
Ebria se auræ immortalis pauerit igne,
Post habitis longè, vanus quos suppetit orbis
Illecebris, curaq; humili, quæ cæca flagellat
Corda hominum, affectusq; ligat. Sic Diua
flagrabat

Christe tuo quondã pulcherrima Costis amore,
Quãdo minas seui atq; rotã aspernata Tyrãni
Barbari in amplexus, vitam mercãdo, subire
Noluit. At qui hæc interea dũ spiritu Olympũ
Apprehendit, tantumq; animo immortalia
tractat, (tur absens
Sponsa in connubium HENRICO promitti-
Principi

Principi, & arbitrio Domini parere mariti
Inuitam cogit pater, obsequiturq; parenti,
Votaq; dissimulat, nec vult compulsam videri,
Sed placida atq; hilaris summo spem sustinet
axe,

Confiditq; DEO. Iam pompa propinquior ibat,
Qua se nupta viro coniungeret, ipsaq; multo
Cum applausu & splendore dies luxuq; pera-
cta est: (ipsam

Cum se nocte thoro prima (toto impetu in
Caestis calor atq; alti vehementia agebat
Aetheris) impositura, animi irrevocabile
Sponso (mouere

Prodidit arcanum his breuiter. Si me vlla
Fama viri potuisset adhuc si forma vel etas,
Vel splendor generis, magnarūq; inclyta rerū
Gloria, ut in mentē qua traxi cōscia Olympo
Vota semel, licito amplexu facerē irrita, noctis
Illud in obsequium tuam, suauissime cōiux,
Certe inuiraret, quam miror amoq; venustas,
Et, quibus effulges, insignia cetera, lenta
Nec Domino parere Viro mens cōiugis esset.
Sed fax maior in hoc, me me qui torreat, ardet
Pectore

Pectore: promisi, quæ delibare pudoris
Legitimus vir debueras, iam munera celo:
Permitte hoc spoliū superis; me virginem
habeto,

Quæ uxoris partes obeam; sim nomine digna
Saltem isto dum uiuis; amor sine copula hone-
stus

Non secus interea liget & nos vinciat ambos
Suauiter; amplexu solūm careamus, agantur
Cetera connubio solita: hæc obnoxius à te
Quæ exorem sunt, sponse, mihiq; hæc prima ro-
ganti

Gratia, sic spero, dabitur. Cui talia contrà
Ore serenato sponsus placidoq; ligatus
Non breuis inter nos nexus, dilecta, rescindi
Vita qui hoc spatium possit: mors termin' ipsa est,
Huncq; cui meta abrumpet mortalis acerbo
Vulnere: qui iūxit DEVS, hæc nos diuidet olī
Lege iterum: ius nemo alius nisi magn' olympi
Rector habet, cū quo stabilita priore memēto
Non dubia seruare fide & defendere pacta;
Et quod amas, constāter ama, nec vota retra-
Absit ut amplexus poscā aut uxoria de te (cta.

C

Blandi-

Blandimenta dehinc: tuus ille pudoris in aëuū
Purpuret in cælo candor, flos Virginis astris
Seruetur; violare nefas: quæ diceris uxor,
Nec mulier, nec mater eris, quam hîc porri-
go, dextra

Ista fidem faciat modò. Sis benedictus in omne
Seculum, ab excelsò qui nos tam largiter axe
Imbre tuo ac donis saturas; ne cepta vacillèt,
Adiuua, & effrenem ex arma cum corpore
sensum, ut

Assuescat tam molle iugum portare fideli
Obsequio: sic victricem sperabimus olim
A te palmam etiam, regniq; in parte locabis.
Dixerat; Illa thorum nunquã visura deiceps,
Leta abiit, tacitoq; sinu sua gaudia pressit.

Famq; propinatam Caesar bibit OTTO ci-
cutam,

Turbas Romana dùm absens cõponit in urbe.
Fama repentini totum mox occupat orbem
Funeris, & publico inuoluit latè omnia luctu.
Nec mora conuētus Procerũ se cõglobat ingēs
Edicto Imperij, & magnus conscribitur ordo,
Quẽ penes arbitriũ est & ius & norma creãdi
Caesaris.

Cæsaris, in solum quæ tunc translata potestas
Teutonicū genus, externo de sanguine, primū.
Res mūdi de mole agitur; premit ardua cura
Sollicitos Heroās, ī optādo dūm Cæsare sudāt
Consultantq̄ nouo. Sed quem fatalis in illud
Imperij culmen legit iam calculus ante,
Debebant humana pari ac mortalia vota
Tollere consensu, clauumq̄ fauere supremum
HENRICO; qui, ubi prærapidum celeberrima
ad Istrum

Urbs iacet, Ausony quōdam de nomine dicta
Principis, alluuiō trifida prænobilis unda,
Promissi ostentum Imperij caeleste videbat,
Dūm sacris operanti aderat; nam candidus
aurēis

Inscriptus signis paries numeroq̄ notarum,
Post sex annorum reuolutos deniq̄ cursus,
Illi obuenturos fasces portenderat Orbis
Panditur interea domus illatabilis Orci,
Et vastas aperit fauces, unde ebria merfit
Liuiore atq̄ odio, Et tremulū Bellona flagelli
Seua vibrans lorū, audacē in præcordia sensū
Principibus torsit furiā: Soror impia iuuit,

Cerbereo tabo pregnans, & virus Erynnis
Despuit in publicū. Iā turgida vota tumultu
Fre palā, fundiq; mine & verba aspera, stare
Contra Apuilam armati cunei, cāpoq; patēti
Miles Romani se ostendere nominis hostis.
Qualia Tuneti quondam ludibria victor
Pertulit, audaces Liga cū Schmalkaldica
contra

Bellorum opponens strepitus, Latioq; rebellās
Cardini, in insanos cōuerterat arma tumult⁹,
Et furijs totum imbuerat ciuilibus Orbem.
Qui meritō irasci poterat, clementius egit
Principio Caesar, Maiestatemq; videri
Nec tūmetiā laesam voluit, cū laesa profectō
Maximè erat; placuit mot⁹ cognoscere causā
Rectius, & certare conditione pacisci:
Admonuit, pacem suavit, furor arma poposcit.

Marchio Saxonicus, pronepos OTTHO-
NIS ERHARDVS.

Magni, primus erat tāti discriminis author,
Schirensisq; comēs, & cum Guvelfone Metēsis
Antistes, quem dos KVNEGVNDE erepta
sororis,

Qua

Qua se aliquando ipsa sperabat posse potiri
Mortua, in invidiam atq; odium capitale
trahebat

Casaris, Augusta, ut capta temerarius urbe,
Lato Vindelicos obsederit agmine ciues,
Non impunè licet, nam lecto milite factus
Obuius, hostiles cuneos inimicaq; rupit
Castra celer fractoq; ibat molimine victor:
Tandem expugnata, qua Austrino à cardine
Tullum, (spectat,

Treuerim ab Arctoo, Vir dunum ad littora
In centro medio ipsa iacens, Tartesia, Meti.
Et qui iure uti poterat, victoria abuti
Noluit, ignoscens Caesar, veniaq; rebelles
Dignatus, qui victores fortasse negassent.

Arma hinc contra Henetos mouit; gens
barbara quondam (cto,
Sarmaticoq; ferox ritu, & truculenta sub Ar-
Proxima Hyperboreis habitabat motib. oras
Post Macedum ingressa & Thracum, vici-
naq; Mysis

Regna ac Dardanibus, latè se Baltica circum
Littora, ceruleū usq; audax promouit ad Al-
bim,

In plures distincta tribus ac nomina plura.
Illa igitur Fidei quamuis mysteria nostra
Barbarie imbiberit posita domitoq; furore
Paulatim, Hesperiot adē subiecta Monarcha,
Ad mores tamen & cultum delapsa priorem,
Ingenio assueto captas seuire per urbes,
Grassari flammis ferroq;, altaria Diuum,
Atq; profanatas peregrinis ritibus aedes
Sternere, sacrilegoue ausu pessundare quaq;
Ceperat, expugnatā acie dū deniq; clauo (gis
Subdidit Imperij HENRICVS, Latiasq; coe-
Submissis humeris placidē portare volucres:
Diruta restaurans iterū, & prouentib. augens
Pontificū euersas sedes populataq; tēpla (qua
Virginis ad castrū & Martis, Mysnaq; propin-
Mania, latum inter tractum Moltāq; Saleq;
Inde Boleslaos geminos, Regemq; Ducemq;
Illum Sarmatica terraq; Bohemidos istum,
Aggressus bello, reuerentia debita postquam
Romanum in caput est violata ab utroq; re-
pressit (endum
Fortiter, & vetera ad pacta obsequiumq; tu-
Compulit, optataq; frui iam pace licebat.

Ergo

Ergò compositis rebus partâue quiete,
Votum concepit Caesar solenne; trahebant
Ætherei mentē stimuli atq; immota volūtas,
Ponere ter sancto magnū & memorabile fanū
Numini in aeternas laudes. Ad flumina Mœni
Diues Terra iacet, veteres coluere Sicambri,
Pugnaces modò Franci habitant, Mauortia
pubes:

Vrbs illic, Baba Saxonico de sanguine prima
Nomen & incrementa dedit, gen' unde vetusta
Venit in HENRICVM cōsanguinitate, paterni
Cūm fuerit proavi soror, ex qua nata deinceps
Illustris Comitum series Bambergica, in ipsum
Deniq; deriuata etiā, cūm mascula proles (est.
Nulla secuta, omni priuatū herede Rinoldum
Hic sedē Ecclesie, in qua rector Episcopus esset,
(Quem dominum pariter statuit, qui feuda
vasallis

Conferat & titulos septem Electoribus) idem
Immēso extruxit sūptu, & senari' ibat (nomē
Tūm annorum Imperij: Argium dat regula
Qui sacris operantur adhuc, celoq; ministrāt.
Hinc latus ad geminā quā vrbis protenditur

Arcton,

Vulgi

Vulgi ubi ab aspectu secretus viueret ordo
Religione sacer, supremo condidit aedes
Angelo: Et humentes lapidato Martyri ad
Austros,

Tertia diuino posuit monimenta calore
Ignescens, locus ut sic tutior esset ab omni
Cardine, Et aduersus Stygias firmatus Eryn-
nes. (na nomen

Vrbs cui compositum dederunt duo flumi-
Vinda Licusq; celer, Brunonem Antistitem
habebat (dem

HENRICI fratrem, fraternis inuidum eun-
Et discordantem studijs: namq; ille parabat
Dum molē tatorum operū, nec sumptib' ullis
Parceret, ut promissa DEO se machina cælo
Erigat, afflatus Lathæis follibus alter,
Ceupræceps votum, inconsultaq; facta, scelesto
Dānare hortatu, Et conceptam euertere curā
Institit, immota quæ iam radice profundum
Hæserat, Et stygijs Aquilonibus inuia, Et ullo
Non truncanda modo nec viribus. Ergo
quod ipso

Non poterat viuo, saltem moriente studebat

Ducere

Ducere in effectum Bruno, nisi maior ab alto
Turbasset trepidantem animum, pœnasq; ti-
mentem

Virtus, conatusq; hominis rupisset inanes.

Fusilis Idoli iam dudum Pannonis ora
Barbara adoratrix fuerat, stirpemq; Deorum
Vngarus agnoscens cultor, diuina scelestis
Numina Demonibus cœliq; indulgit honores.
Sedit in obscuris tenebris & nocte profunda
Sic Gens illa diu, nec Solis lumina vidit,
Æterni solis, qui occasum nescit & ortum,
Cuncta mouens ac viuificans. Iã chalias una
Fluxerat annorum, post incunabula magni
Numinis, excelso miseratus ab æthere quando
HENRICVM afflatu tandem DEVS impu-
lit, ipso

Vt sua sore soror, materno nomine dicta
Geisela, barbarico concordifœdere Regi
Nuberet (Orator sic Regia vota canebat
Anteuolans, thalamoq; prior, de more, peti-
ta est)

Namq; fore, ut posita morũ feritate Tyrãnus
Exuat assuetos ritus, atq; impia Gentium

D

Orgia

Orgia,, caelesti inflammatus pectora luce.
Non inuita igitur fraternis paruit Illa
Subiecitq; animos hortatibus, astra fatigans
Interea assiduis precibus, ne forte sinister
Terminet euentus demum tam prospera reru
Auspicia infaustoq; cadant leta omina sine:
Ergo qua regni latus se limes agebat,
Lustrica promulgata dies, & publica popa est
Protin; ingenti applausu concurritur, Huius
Visus adire ferox caelestia balnea, plangit
Tartareus Belial, laruataq; Numina fracta
Dissultant, aboletur honor turpisq; seuera
Lege supersticio, & veteris deliria secta:
In Christi nomen iurant; calcatur Apollo
Ac teritur pedibus, nec, quae mugire solebat
Ante per ambiguas confusa oracula voces,
Jam soluit: stupido mandata silentia signo.
Sola Venus cecusq; Puer, quia compede Regem
Jam implicuere, suo nolebant cedere iuri.
Dum noua Nupta thorum premeret, noua
nuptaq; pressit.
Sic discussa abiit noctis caligo profunda
Paulatim, & Fidei pandit mysteria primus

Barba-

*Barbarico Hunniaci Stephanus de sanguine
Geuzæ.*

*Interea magno Romana palatia plausu
Cæsaris aduentū expectant, late omnia rerum
Maiestas splendorq; operit, communis in urbē
Pompa intrat, pansisq; præt victoriæ pennis.
Causa triplex urgebat iter, possessio namq;
Imperiū, quæ perpetuo iam iure deinceps
Intra Germani metas consisteret Orbis,
Confirmanda fuit: tent adus Marchio bello
Insuper, Augusti in soliū quem offensa leuabat
Nobilitas Itala. Et falsos indulgit honores
Cæsaris: occurrendū Arabi Mauroq; superbo
Deniq; in Hesperias qui late itrauerat urbes.
Ergo per alpestres collecto milite saltus,
Per iuga perpetua niue strata, ubi proximi*

Olympo

*Montani assurgunt apices, ac nubila vincūt,
Italiam ingressus, Ticini Parmæq; superba
Mœnia ubi, Et veteri nimiū vicina Cremonæ
Mātua stat, reliquasq; Pad' quas alluit urbes
Et præceps Rubicon, duplici certamine victū
Stravit, Et extremis affecit cladibus hostem.*

Hinc Ligurum fines penetrans & Tusca per-
arua,

Ac Latij antiqui sedes, caput orbis, ubi ostro
Et triplici insignis regnat diademate Praesul,
Cui fors stellati commissa vicaria mundi,
Intrauit Romam victor: stipabat utrinq;
Quem Procerum spectata phalanx; stetit om-
nis in armis

Circumfusa cohors urbana, erectaq; signa
Protulit Ausonias aquilas; pars celsior ibat
Exultantis equi gressu; sonitum ic̄ta dederunt
Tympana, & elise penetrarunt sydera voces.

Templum augustum, ingens, centum subli-
me columnis,

Stat, per inaccessas scalarnm gloria turres
Tollitur, incumbitq; operi cristallina moles
Fornice curuato, & leui suspenditur arcu
Desuper: in summo via lucet cãdida & aurẽis
Segmentis, Ponti q; rubri incrustata superbo
Munere: stat paries solido de marmore ducto,
Splendenti umbratus velo, tractuq; colorum
Fulgurat, ignescunt rutilus laquearia gemis,
Et naturali ardescit Carbunculus igne.

Argentis

Argenti formas sculpti, diuersaq; signa
Phidiaca celata manu, fulcra ardua tollūt,
Marmorea in sublime basi, trabibusq; super-
stant (arti
Non cocto ex lapide, aut quadrato sectili, ut
Humane sese poliendum subijcit, æris
Sed solida è massa conflatis atq; metallo.
Centū alabastrina, vitra auricoloria supra,
Curvature obeunt; gracili speculari ramo
Immittunt clatrata diem, & templa ardua
lustrant.

Vestibulo in primo, se laxior area pandit,
Murorum mole immensa, cui pyramis ingēs,
Lata & sublimis superinsidet, arte stupenda
Quæ fabricata, opere inferiorq; minorq; nec
ullo est (stringit

In Mundo, chorus æris ubi crepitu impare
Aëra, & impellit clangenti verbere ventos.
Bina colūna senes, clauē qui portat & ensē,
Fulcit utring; graui argento, mediusq; dra-
conem (harpe,

Substratum pedibus, stricta transuerberat
Angelus, & ferro impresso consumit hiantem.

Puniceo insignes habitu rubroq; galero
Cardinei longo astant hic ordine Patres,
In geminas diuisi alas: sanctissimus alto
Subnixus Pastor folio, cui fibula mordens
Aurea purpurea Chlāyde, candente ligabat
Veste super, quæ bombycum de semine fusa,
Sandalium pedis auratum lambebat utruq;
Transuersi stola longa plicas stringebat ab olla:
Et circum lumbos pressit, radiabat Iaspis
Multus ubi, & Sardous Onyx, viridesq;
Smaragdi:

Hinc sacra tergeminū velabat tēpora tegmē,
Vertice honorato assurgēs, adamantina supra
Signa Crucis portabat apex, passiq; figuram
Numinis, atq; manus byssus circūdabat ābas.

Huc postquam ventum, remoueri bellica
Caesar

Signa equitēq; iubet, multoq; accepto honore,
Ad benedictis lustralia verba, recuruo
Poplite, Apostolicā, inclinās se leniter, hausit
Gratiā, & affatus hos insuper. Ecce videmus
Tandem exoptatum te Caesar: adesse Monar-
cham

Imperij

Imperij hortatur res plurima, ut aurea primò
Pro meritis captes insignia victor, honori
Cui tua te virtus dudum ac diuina voluntas
Destinat: hinc Itali squalor turbataq; regni
Hesperij facies, & sors afflictà labantis
Paulatim Ecclesie, quæ brachia Cesaris una
Postulat & vires: magna tue aris oportet
Mole laborantē intrepidus, tuanāq; potestas
Par oneri, & tam grandi humeros suppose
labori. (pulsus

Barbarus, à Siculo procul hinc qui littore
Sapè fuit, pro aënisq; tuis dare terga coactus
Debit, Ausonias magna modò strage per vr-
bes

Impunis volat; & Lybicus contermina nobis
Arua intrat passim, lunataq; signa Tyrānq;
Erigit: extirpanda lues; Alemannica virtus
Exerat hic solitū specimen, Germanaq; gliscat
Frarum intra animos flamma: explorentur
in hoste

Martia tam seuo inuicta molimina gentis.
Fata dabunt Superiq; viam: communia fas sit
Si mihi conferre & coniungerer obora tecum,
Accipe

Accipe me in socium belli, & nostro utere Ca-
sar

Milite: nec sumptus renuo, nec bella recuso.

Dixerat: HENRICVS contra, seuire fe-
roces

Bosphoridas Calabris in finibus, atq; furoris
Jam latè impressisse sui vestigia, noui.

Conabor, uiuit DEVS, ut pessundata nostris
Affrica colluies succumbat turpiter armis:

Non me cura coquit magis altera, nulla cu-
pido

(utrumq;)
Arctius implicuit mentem, quàm limitem
Augendi Imperij & Fidei, ut sub fascibus ista
Romanis securas alas ac libera pandat.

His dictis, leua apprehensum, in penetra-
lia secum

Purpureos inter patres Latijq; Senatum
Cardinis induxit pastor: Rex singula oberrās
Intentis oculis, stupuit miracula rerum,

Ornatumq; loci, & Romane insignia gentis.

Machina structura ac nouitas imēsaq; moles
Pauit in herentem intuitū, sensusq; mouebat

Nubibus equatus celsis ante omnia fornix,

ARCUM

Arcuum & ingenti innixi curvamine flexus,
Alta columnarum fastigia, apexq; rotundus
Et longè in gyrum assurgens, quâ summa co-
arctat (pli.

Nodus in angustum virgata cacumina tem-
Vix saturari animo potuit, spectando tot artis
Prodigia humana atq; operosa effecta, ubi
certo

Se victam natura queri potuisset ab illa.

Dumq; trahit pictura oculos externaq; reru
Maiestas, unâ harmonicum melos occupat
aures: (turbant:

Hâc sonus, ambigua, atq; illâc color, organa
Auocat aspectum clangor, reuocantq; figura.
Perfora arundinibus ter mille argentea syrinx
Nâq; locata super monstroso Athlâte, coactos
Concipiens utero ventos, urgente Magistro,
Grande sonans crepuit carmen, cui gutture
pleno

Viva interludens phonaescus voce, decenter
Compactum accinuit diuinis laudib. hymnum.

Non procul, ad dextram, excelsa testudi-
nis arcus,

E

Magni-

Magnificã, longa graduũ vertigine, ad arcẽ
Pontificis sternebat iter, latamq; Palatij
Arcam, obumbratã aulais & serico amictu,
Nõ peregrio habitu historia, textisq; profanis
Arte laborato Attalica, sed imagine rerum
Sacra & caelesti, monimenta ubi Biblica lōga
Interferta operum serie. Subeuntibus ergo,
Se noua materies spectandi animumq; leuãdi,
Germanis iterum, nec vana Heroibus offert:
Qualiter Ecclesie clauum populosq; regēdos,
Ceu stabili suppōsta basis fundataq; saxo,
Nōmine conueniente Petrus suscepit, utq;
Turgidus impostore suo, quem largiter hausit,
Portentis Samaritanouis delusa videntis
Lumina perstringēs vulgi, iã iamq; leuandus
In nubes, mox fulmineo velut ictus ab igne
Corruerit, fugiente leui sub Tartara mente.
Hinc implacati tenebrosa ergastula & ater
Herodis subijt carcer, duraq; catena
Excussa membris abeuntis Apostoli: acerbi
Supplicij instrumēta sub hac truculētãq; forma
Romane furia, & truncata cadauera Pauli,
Et trinus capitis saltus, scatebraq; sequentes,
Pluraq;

Pluraq̄, sutilibus simulachra expressa figuris;
Nil memorasse iuuat. Tandem discumbitur
ostro,

Lauta q̄, regifico fumant conuiuia luxu:
Argentum in medio aulai volat, aspera gem-
mis (strat

Stant circumpositis emblemata; turbamini-
Offitiosa epulas, calcata q̄, vina priori

Saeculo; honore nouo meritis circūfluit hospes.

Jam q̄, ubi pressa fames paulatim atq̄, ar-
dor edendi, hora,

Tracta etiam fando, & placidis sermonibus

Lenta q̄, sic consumpta dies. Mihi saepe videri

Cesar, ait, res mira solet, si Agarenica mecum

Semina, ut à tenui nascantur origine, tanto

Rerū successu, repetam: nam Persica castra,

Cum Sarace Sarabassa Duces, atq̄, arma se-

cuti,

Nominis authores primi, qui Cosdroā atroci

Bello insectantem Romani fœderis vrbes,

Et latos Syriae fines, atq̄, Aphrica regna,

Militibus iuuere suis, victoria donec,

Heraclio superante, fuit praecepta Tyranno,

Fraetaq; ab Hesperio Chaldea potentia rege
Fatalem sortis vix evitantibus ictum, (est,
Quos fuga servabat tanta destrage superstes.
Colluvies igitur reliqua, ad Mahometica fle-
xit

(dis
(Persidus è stygijs tunc primùm emerferat un
fille impurus Arabs) stolidum deliria mentē;
Sicq; Arabes Persaq; iterū incertamina pergūt
Protinus, & numero sensim maiore coacti,
Prima Damascenis circum tentoria figunt
Finibus atq; urbē spoliant; venit accola Nili
Sub iuga, vexataq; diu potiuntur Idume.
Hinc patrias sedes obsessa Persidis intrant:
Ormisdas regnator erat tunc gentis, ab hoste
Exutus regno ac casus, populiq; subacti,
Persarum posito ritu & cognomine, legi
Subscribunt Mahometana, & saracana de-
inceps

Quæ appellata fuit, per tot iam secula nomen
Mutatum gens servat adhuc, corrosa malorū
Belli ex reliquijs hominum fax, atq; nefanda
Persidie informis confusio, cuius ut Auster,
Sic Oriens, sic Occidua sunt fulmina partes

Expertæ

Experta: nihil intactum execranda reliquit
Barbaries, Rhodus est vastata atq; alta Co-
lossi,

Qua numerata inter septem Miracula, moles
Corruit; Aegaei afflixit furor equoris idem
Cycladas, & Grabiem aquatã Trynacria sensit.
Mox Lybiam ingressi, Lybicoq; è littore Iberũ
Cardinem, & hinc Thracum terras, Asiamq;
minorem,

Sardoos fines & Corsyca Regna deinceps,
Et Beneventanam Hirpinis submontib. urbẽ,
Priscaq; Dalmaticis qua obnoxia fluctibus,
Ancon

Littore in Adriaco Traiani mole superbit,
Illyricumq; vetus: totum grassata per orbem
Contraxit vires pestis, licet igne frequenter
Ac ferro edomita. Vt Lerna redintegrat
hydra.

Vnius spoliũ capitis septemplíce, & armat
Fortius abscissi semper dispendia colli,
Saucia sic robur nervosq; recolligit illa,
Quoq; magis premitur, tãtò se audacius effert.
Expulit è Syculis Exarchus Olympius oris;

Bulgarus ense ferox stravit; solvere tributum
Imperio, à Constantino quia Casare victi;
Et Tyberina ipsos Romanus ad ostia miles,
Ingenti affectos clade, in certamine fudit.
Nec longè ire retrò veteresq; retexere oportet
Historias, namq; illa recens victoriano nostro
Ævo spirat adhuc, Arabem qua Almanzo-
ra victor

Vermūdus, Comitibus Garsæ auxiliaribus armis,
Hostem expugnavit nuper; per Iberica regna
Latè exundabat vis barbara scilicet, ense
Sævitum ac flamma crudeliter. Arua Na-
varra

Tuncq; Bigarræus princeps ingressus, ab alto
Vertice pyrenes descendens, hoste fugato
Et victo, meruit sceptri Rex primus honorem.
Quid memorem Otthones? nostri quos san-
guinis ambos

Semper fortuna est milesq; in castra secutus
Victor, ubi adversi Mauris pugnantibus ibant.
Despumata tamen nondum vis atra veneni,
Quæ magis atq; magis radice profundi intret.
Sic fatus siluit: summus cui talia contra

Antistes.

Antistes. Iusto complexus es omnia Caesar
Ordine, ait, sic nempe Arabum creuere gra-
datim

Principio ex humili vires, ut brachia mundū
Immensum iam penè suis complexibus arctè
Implicitum teneant. At sicut origo nefandæ
Causas stirpis habet, sic incrementa dederunt
Schismata & in nostros ultrò inuitauimus
Ipsi alio fines motu, & civilibus armis: (hostē
Intestina aditum externo discordia fecit
Militi, & in sectas partita Ecclesia plures,
Cùm Fidei præcepta Oriens contraria nostris
Sanciret placitis, lateq; per omnia virus
Tartareum expueret blasphemæ dogmatis au-
thor

Arrius. At Cæpanus ager quòd nutriat ãnis
Tot Lybicæ arabicæ, Calaberq; & Iapygis arua,
Hoc caput est ac summæ rei: quem tutor ha-
bebat,

Præuauit regno, sceptri Romanus Achivi
Legitimū heredē, & Graium violēter adeptus
Imperiū, obsequia à subiectis urbibus instās
Mādato assiduè, nequaquam extorsit, inani.

Ebrinus

Ebrius hinc stygio Pseudoillemonarcha fu-
rore,

Fœdera Maurorū pepigit cum Rege, superq̄
Ausoniam inuexit signa auxiliaria gentem.
Lybs rapido similis, qui perflat inania, vento
Ingruit in morem violenti turbinis, ater
Qualis est interdum laxo ruit aethere nimbus,
In faciem Italia subito, mediasq̄ per urbes
Fecit iter. Velia est Pæstum, Lucaniaq̄ omnis,
Umbri, Picentesq̄ viri, prisiciq̄ Sabini,
Pelignosq̄ sequens Frentanus est Appulus
agros,

Et Salentini, est Calabri, est Campania diues,
Brundusium Hidruntumq̄ propinquaq̄ te-
cta Crotonis,

Et Mutina Patavique arces, Venusinaq̄ rura,
Sipuntum atq̄ Amiterna domus, Capua at-
que Tarentum, (ma Roma,

Ardeaq̄ est rerum hæc quondam pulcherri-
Quæ caput Imperij atq̄ Orbis, commune fla-
gellum (pinam

Pertulit: hæc spolium passa est, veterisq̄ ra-
Thesauri est flamas sedes, quaq̄ ardua stabat
Cælitibus

Cœlitibus Diuis constructa altaria, equorum
Versa est instabulū & præsepia sordida primo
Pontifici fundata domus; circū alta flagrarūt
Mœnia, & iniectis ambusta suburbia flāmis,
Infandum dictu. Atq; acies Etruria quan-
quam

Mouerit oppositas contrā, quā prisca Sinope
Minturnæq; iacent, seuumq; ita presserit ho-
stem,

Vt trepidum fractumq; metu, sublimibus alti
Gargani scopulis fugiens se absconderit agmē,
At claustris frenata tamen truculentia tan-
Fortius erupit, totoq; exercuit iram (dem
Impetu. Vt incluso si ferrea fortè leoni
Porta, diu obiecto est ubi pasta ferocia veete,
Panditur, armatus collectis viribus exit,
Fulmineusq; furit, rabiemq; eruētat hianti
Guttore, & horribili spumas ciet ore cruētas.
Sic furor ille minax montana repagula post-
quam

Fregit, & in laxos effudit barbara campos
Se legio captiua iterum, vehementior ibat,
Et bachatur adhuc: dominos Appulia Mau-
ros

F Agno-

Agnoscit, victisq; Arabes dominatur Achivis
Nostra tuis igitur posita est spes omnis in ar-
mis;

Imodò & assuetis iam viribus utere Caesar.

Hic sandi iam finis erat, mensisq; remotis
Intrauit pro more pius conclave Monarcha,
Vota soluturus concepta precesq; futurum
Componens ad Somnum animos, placidam-
que quietem,

Vt stygias contra fraudes securior esset.

Tertia vix stellis tacitè labentibus hora

Transierat noctis, cum se admiranda corusci

Luminis ostendit species, totumq; replevit

Insolitus penetrare ignis, cœlestis adesse

Turma volatilium Iuuenum, alataq; pha-
langes

Vise, atq; in medio cunctis formosior astris,

Splendidior Sole & Luna, Nazaria virgo,

Stipata agminib; Superùm, quos inter eremi

Primus Idumææ cultor, præconé salutis

Zaccharides. Mouere piùm spectacula Regē,

Attonitusq; metu iacuit, dum penniger ora

Soluit, adhortatusq; puer sic voce iacentē est.

Parce

Parce metu, dilecte DEO, cōmendat Olympo
Conatum curasq̄ tuas, castisq̄ voluntas
Concordās studijs iā pridem est cognita caelo.
Hanc nostra Herois, Diua inclyta, norma
pudoris, (atus

Palnam ultrò defert tibi, & hac te laude be-
Hic cetus cum plausu ornat, tecūq̄ triūphat.
Eccetibi aethereos proceres: tu accepta, labores
Successusq̄ operū, & molimina grandia rerū,
Religio quibus & plantanda Fides, magnoq̄
lucrandum

Numini, in euentū ducēt; tua signa sequentur,
Urgebunt pugna, horrore & formidine cingēt
Hostiles ipsi cuneos, inimicaq̄ castra.

Vinces spe fretus certa victoria, in Afros
Bella moue, & pratende crucis vexilla; videbis
Consternata Arabum ruere agmina, Mar-
tius instat

Sicut ubi imbelli pecudi, & rictu urget hianti
Prædo gregē, fugit & latebris se abscondit opa-
Iāq̄ exultatē tanto miraculo, ubi intra (cis.
Fauces laticia feruor pressisset inanem
Conatum vocis, neruum prænunciis ales

Molliter in dextro cōtingens poplite, amoris
Signum hoc, dixit, habe, quo te complectitur
Orbis

Arbiter, atq; unā cum luce evanuit omnis
Maiestas, subeunte atra in conclavia nocte.

Postera lux aderat, cuncti mirātur in ipso
Defectum pedis insolitū, & vestigia signant
Imparibus sublata modis, Claudiq; recente
Nomen ab euentu affingunt. Mora nulla, le-
uari

Bellica signa iubet, totoq; in praelia fertur
Impete: Stat Sonipes cataphractus, & aëra
rumpit

Hinnitu, exultatq; armis: globus agminis
Conuolat in medium, atq; imis vis Martia
gliscit

Pectoribus, saliuntq; animi; collecta trium-
lam virtus Germana agit, pugnaq; futura
Certis erigitur signis, quæ impressa flagrabāt
Aëre in excelsō; nam Carmentalis ubi undas
Porta Tifernates spectat, Bassiq; patentem
Planitiem campi, crux flāmea stare videtur
Nubib; in medijs, iuxtaq; Archāgelus aurēas

Rhom-

Rhomphaea insignis: letis diuina salutat
Vocibus auguria, Et tandem cū milite Caesar
Progreditur, Capuamq; mouet, celeberrima
quondam

Inter Campanos, populosaq; mœnia fines.
Cinguntur muri valida obsidione, parata
Stant circum tormenta, haustos vomitura
molares,

Horribiliq; Ariens rupturus septa fragore,
Et Balista ingens, solidoq; ex ære Dracones
Inuasuri operum molem; sub pondere terra
Ipsa laborat; agunt neruo stridente sagittas
Tecta super, sudantq; viri, pars grandia vo-
luunt

Saxarotis, tractasq; urgent ad mœnia turres,
Pars vallum ascensu superant, piceoq; fluentes
Igne globos iaciunt, massasq; bituminis intro.
Urbs concussa tremat, gelidus pavor occupat
hostem, (ignis:

Flamma facit milesq; metum, vir pugnat Et
Barbaricas præcepis turbat fortuna cohortes
Consilij mentisq; inopes, fugiant né ruant né
Impetu in occursum cæco, Et cōtraria in arma,

Incertum; opponant vires extremaq̄ tentent,
An vacuum linquāt duris victoribus urbē.
Stant contra pugnansq̄ diu, violentior instat
Germanus, crebroq̄ quatit muralia claustra
Ariete, in ingentem donec collapsa ruinam,
Ardua traiecta iam propugnacula mole,
Corruerant, vastoq̄ agger patefactus hiatu
Latū pandit iter: mora nulla, sequitur iisdē,
Quā data porta, vijs, densa agmina, pugna
cruenta

Exoritur, ferroq̄ frequens consumitur hostis:
Parte alia erumpūt trepidi, spes nulla salutis,
Sola fuga. Exultat possessa victor in urbe,
Maurorūq̄ metit cuneos & funera densat.

Tunc Orientis opes sceptri regnator Achæi
Cattlaicus quidam tenuit, vir strenuus ar-
mis,

Sed clandestinus Romani nominis hostis,
Cuius militia ductor dum praelia Mauras
Contra acies simulat, Graiūm contermina
regno

Inducit super arua unā prædator auarum
Militem, & Ausonios traiecto limite campos
inuolat

Inuolat, irritatq; pium ad noua bella Monar-
cham. (pulchra

Littus ad Adriacum Calabris confinia
Regnaiacent, à Dedalio quæ Iapyge dicta,
Vrbs ubi Troia vetus, Pœnitentoria quon-
dam

Annibalis, quæ castra ferox sua strauerat Afer
Lenta per hibernos componens otia menses.

Illic Maurorum collecta potentia Græco
Cum duce, Gargani circum fastigia montis,

Et Barij antiquam sedem, veterisq; Sipunti,
Hæserat oppositis alis, latè omnia flammis

Et ferro populans. Ergò inuasurus utrasq;
Partitis acies cuneis atq; agmine secto,

Affatur belli Heroas sic deniq; Cæsar.

Successus primos rerum vidistis: amica est
Fortuna, optatum tēpus, trahimurq; fauore

Cœlesti ad maiora, viri, præludia pugne.

Lusimus electo euentu fœliciter: ire

Vlterius iuuat, obsessisq; viam sic sternere ad
astra (iniquo

Gentibus, instat Arabs miseris, coguntur

Parere inuiti Domino, crudelis in ipsas.

Grassatur

Grassatur Chaldaeus, eunt quo seua tyrannis
Mancipium trahit infœlix, per cæca nefanda
Perfidia commenta, quibus diuina profano
Calcantur decreta pede. Et nos magnus O-
lympus

Postulat ultores: spectastis in aëre nuper
Impressæ nova signa Crucis, sacra signa se-
quamur:

Iam ostendere viã Superi, qui pratulit harpẽ
Ignitæ pugna socius comitabitur, arcis
Monstrator tutorq; suæ: iuganæq; sinistri
Apennini ubi Garganus mons excipit, idem
Militiæ ductor caelestis, amictus Olympi
Stellato & fulgenti habitu apparebit, & euo
Posteriore locus toti venerabilis Orbi (eamq;
Fiet adhuc: reprimenda illinc vis barbara;
Contra illam Furiam intrepidi. Pulchroné
scelestæ

(Orbi
Colluies hominum Latio imperet? Inferet
Arma etiam nostro, mihi credite, fracta pre-
matur

Nirabies iræ maturius: ostia sicut (amnis,
Qua effregit, per aperta tumens deuoluitur
Atq;

Atq; intrat latè segetem, nec iam amplius vlla
Vincula liberior patitur, quæ obstare minãti
Principio forsã poterant; si laxet habenas
Nullo obice obiecto, quorsũ se eruptio tandem
Barbara & in quãtũ diffundet? Inania naçto
Arua Aquilo, exercet rabidas violẽtior iras;
Quà latera offendit mõtana, refringitur acer
Impetus, & lenis spirat clementius aura.
Obstemus dũm resq; sinit, dũm prospera fata
Fruitant: neglecta semel se occasio nunquam
Fortè dabit. Præfixa mihi hoc nõ gloria bello
Humana est, nec victorem spes vana triũphi
Allicit, unius laudem & præconia specto
Qui cælo imponit leges, cursumq; gubernat
Ætheris, ingentẽ cõplexus brachio Olympũ,
Aera, flãmã, undas, terrã. Cum crastina lucẽ
Aurora infundet rebus, noctemq; fugabit
Phosphory exoriens, belli det buccina signum
Protinus, atq; õnis ruat in certamina turba,
Nec procul hostis abest. Dixit, mãdataq; letis
Expediunt animis cuncti, sparsitq; colorem
Matutinus ubi Titan, lustratus ad aras
Ritibus assuetis, soluit tentoria miles,

G

Ingre-

Ingrediturq; viam & placato numine pergit.

Ad iugam iã ventũ Cassini montis (Apollo
Cultus ibi anteriore ævo, cui cæca vetustas
Templa Deo posuit toto celeberrima mundo:
Inde superstitione locus cessante profani (mũ)
Nũinis, in sanctã monachorum est versus ere-
Ergo cupido animos inuasit Caesaris ingens,
Ardua lustrandi claustrifastigia, Olympi
Stabat in extremo sol margiue, Iberica supra
Climata, currũ undis mox immersurus, obire
Noxq; atro amplexu, & latè omnia præhen-
dere cœpit.

Jamq; altus superatus apex, traiecta q; saxa
Sublimi ascensu ac lento, cum lassa quieti
Membra dedit, cœna moderata ac simplice pa-
Hinc dolor obstructis seuire meatib. acer (stus.
Cœpit, ubi egressum humori natura locauit,
Fistula vesicæ dum admoto clausa lapillo
Stillantes retineret aquas salsumq; liquorem.
Quid faceret diuturno æger luctatus agone?
Fortius instat atrox morbi tortura latentis,
Et stimulis pungit sensim grauioribus: alto
Cum gemitu planctus celsos librauit ad axes,
Auxilium.

Auxilium à Diuis flagitans, qua sola superstes
Spes erat; & cæli medium iam Luna tenebat,
Cum senior fusco pater appareret amictu,
Ore habituq; illum referens, qui primus eidem
Præfuit antistes domui, nigri ordinis author,
Diraq; leniret sopito tormina morbo
Protinus, in tenuem resoluta calculo arenam.
Iamq; propinquabant terris, ubi proxima
castra

Hostis erant, laxoq; iacens Appulia campo,
Omnia barbarie possessa inuenit & armis
Cæsar, inaccessa ut castella atq; oppida Mau-
Sepserit & longè ambitas stipauerit vrbes, (rus
Vsq; ad Gargani iuga verticis, usq; Sitellam
Et Rhodium, antiquo Tyrium quod nomine
dictum,

Speçtat & Eoos propior quàm Bestia fines,
Famoso insignis portu. Describitur ordo
Militiæ interea, & prima ad certamina quisq;
Pulchra ducis documenta capit, passuq; coër-
cet

Ad legem: erigitur cælo spectabilis ales
Cæsareo insignis diademate, utring; birostre

In latus in torquēs, supra aurea pectora collū,
Laxa q̄ signa volant leni turgentia vento,
Inscriptis Romāa a quilibet, sinibus q̄ tumescūt
Expansis sufflante aura: dat stridulus aēr
Percussus lituo sonitū, & caua buccina v̄etos
Verberat, elise conscindunt nubila voces,
Et iuga dissultant crepitu, ventrosa fragore
Tympana dūm rauco reboant; eques ambit
utrinḡ

Et latera amplexu stipat, peditem q̄ tuetur,
Alis qui medius graditur: quod fortius, hosti
est

A fronte oppositū, quib9 audax spiritus intra
Sedem animi, ridēs quacūq; pericula, regnat:
Sors postrema v̄irū tāquam Marpesia cautes
Nititur à tergo, atq; aciem firmissima fulcit.

Barbarica aduersa stabāt à parte cohortes
Immani conferta globo, deformis & atrox
Colluuiο, peregrino habitu, sine lege, sine v̄llo
Ordine, & aspectu nō tāquam discolor armis.
Tartareum coisse putes in praelia vulgus,
Sic torua, sic horrida nigredine larua.
Torribiles. Volucris ductor velocius Euro
Strigo.

Strigosum versabat equū dēsa agmina circū,
Ora iube prona inclinans, similisq; volanti
Altius adductis feriensq; caua ilia plantis
Audacis calcata fera; impragnata sagittis
Theca sub axilla loro demissa pependit,
Temporaq; ambibat pellitæ cassidis umbra,
Informes vrsi exuvie; falcata sedebat
In medianaris facie, atq; volubilis albor
Orberotabatur celeri, quando organa visus
Toruè obliquata huc niger intorquebat &
illuc.

(langes

Paulatim opposita coeunt propiore pha-
Concursum inter se, atq; atrox certamē utrinq;
Eminus exoritur primò, densissima cælum
Nox operit dùm tela volant celeresq; sagittæ,
Stridulaq; aereos tractus discindit arundo.
Consertant manibusq; manus atq; ensib. enses
Ordine turbato tandem, coniunctaq; pulsant
Corpora, & ingemināt ictus, tonat aeneus, ūbo
Percussu armorum, galeasq; impacta sonātes
Hasta ferit, fragor in nubes attollitur ingens.
Efferæ precipites egit dementia Persas
Passibus ābiguis, dubioq; in vulnere Marte

Ancipiti pendente diu victoria, acerbis
Namq, modo irritati odijs, truculentius hosti
Certatim instabant, & prodiga pectora mortis
Intrepidi abiicere metu, modo vertere visi (re
Terga retrò instabilesq, pede, attonitiq, pauo-
Flāma sed Hesperijs multò vehemētior arsit
Militibus, maiorq, animis audacia creuit.
Ergò fuga simulator Arabs lata equora tādē
Mole incomposita fugientum unaq, ruentū,
Arripit; à dorso Latius furit ultor, & alas
Solvit eques, funditq, super pernice volatu,
Interea laxo patefactus Avernus hiatu,
Sorbuit infames animas, saturataq, nunquā
Fartim barbarico distendit viscera pingui.

Participē cladis Bubagānū amentia fecit
Propria, & imbibitus Romana in nomina li-
Qui cū Chaldeis sicut cōmertia fautor, (uor,
Auxiliari opera & collatis viribus, ausus
Romulidas contra proceres, mundiq, Mo-
narcham

Figere, ita exitij sortem periurus eandem
Milite maētato subijt, sensitq, sinistram
Fortunā belli, atq, aduersi incōmoda Martis.

At Ca-

At Caesar latos successus impiger urgens,
Arcem Troianā, niger in contermina regna
Vnde frequens erupit Arabs, quæq; instar asyli
Gentis, inaccessis secura habitacula fecit
Mœnib. antiquis quondā edificata Pelasgis,
Occupat, & latè castrensi circuit omnem
Mole locum, natura magis quàm industria
tutum

Quem pojuit, licet humana firmaverit unā
Sedulus arte labor. Lōga obsidione, Decēbris
Et rigidum Iani subeunt quæ tempora mēsem,
Tracta illic, dū veris humū pingebat amictus,
Lætāq; purpureos trudebant gramina flores.
At postquam incaluere dies, maiorq; per arua
Ceperat æthereæ sensim vehementia flammæ
Fervere, & vrenti cauma intolerabile Phœbo
Produci, ipsa luem prognostica signa futurā
Quæ iā non obscura dabant, certisq; præibāt
Prodigijs fatale anni contagiū euntis,
Crudelemq; famis plagā. Nam stare cruento
In cælo vultu Latoæ apparuit astrum
Lampados, insolitusq; rubor circum ignea
fulsit

Plaustra

Plaustra Hecates, nec lucis erat sed sanguinis
ille

In stella color; horrificus circumdabat halo
In morem flamma, & rubicundis area guttis
Densior. Ingenti per inane rotata fragore
Insuper ex alta trabs decidit ignea nube,
Accenditq; auras latè, atq; euauit instar
Fumi iterū. Sic Pyramidem sapientia dicitat
Naturæ interdum fieri, cum flabile corpus
Aeris attractas solari lumine facies
Concipit, inq; nouum format vis ignea spectrū
Materiam ambitam suprā, que sicubi vulgo
Se obijciat portētum ingens ac triste putatur.
Pacatis igitur rebus, Troiaq; potitus,
Quamquam urgere hostem, atq; armis victri-
cibus ultra (omni
Progredi, inherebat fixum, atq; auertere ab
Italia infausta crudelia semina stirpis,
Præfago monitus tamen æthere, signa reduci
Imperat, ac verso relegi vestigia passu
Ad dominā mundi Romā, que præscia rerū
Tantarum, solenne DEO & spectabile votū,
Ingrediēte urbē, soluit, victore Monarcha.

Sextus

Sextus ab exorsu mensis dum labitur anni,
Aureum honorato capiti diadema triūphās
Italia ac plaudens, signum victoria, adornat.
Primates regni coeunt, cætusq; frequentant
Magnis certatim studijs; Vrbs prodiga lau-
dum,

Vestitu præcincta nouo, & splendore superba,
Tanquam in conspectum cuiusdam Numinis
iret,

Comitur in facie Domini victoris, & aureo
Conspicua ornatu prodit, præfertq; coronam,
Maximus Antistes multo quam ad tempora
honore

Applicat, & positam sublimi in vertice, flauā
Cæsariem circumpremit arduus, atq; salutat
Ipse coronatum primus, subeunte Verona
Cum Florentino & Mantuæ Principe terra,
Atq; alijs Ducibus pariter: studium omnibus
unum, (omni

Mense eadem: Hesperia leta acclamatio ab
Tollitur, assurguntq; datis insignibus vrbes.

Hæc super, intra animos quæ dudum cura
sedebat,

H

Rex

Rex oculis antiqua pius vestigia lustrans,
Circūspectabat cupidè omnia, plurima Roma
Sicut habet monimenta auidis quæ digna no-
Sensibus, in nostra seu religione trophea (tari
Sanguinolèta aliquis malit, seu prisca videre
Mirandorū operū portenta, insana vetustas
Immortale suis quibus est Heroibus euum
Pollicita, Et quorū vix rudera pauca super-
Ipsaq; perpetui quæ famā nominis inde (stāt,
Sperabat, nunquam saturatis dentibus hausit
Pleraq; vel læsit fatali saucia morsu;
Integra adhuc viuo quæ HENRICO Cesare
visa.

Namq; triumphales miratū accepimus arcus
Mēbrosas obeliscorū statuas, grādesq; colossos,
Et Mausolei tumbam, fabricasq; stupendas
Thermarum, Et circos, Et opus versatile scenæ
Duplicis, hortorum pendentia in aere fulcra,
Altaq; substratis impōsta rosaria ventis,
Atq; salinarum puteos, lapidumq; fodinas,
Et loca Naumachiaë terrestris in Amphitheatro
Luēta ubi crudeli humano se bellua pavit
Sapè cruore minax, latoq; in viscera rictu

Senyē.

Sauit, arcta inter compressi guttura athleta,
Atq; Neronea vallem trunculentia, ubi imis
De Vaticanis radicibus area campi

Laxior in planum se aperit, quae conscia dirae
Mortis adhuc, largo immaduit tepesacta
cruore,

Quando repentina erumpentis semina flamma
Christiadum affingens populo, quorum ipse scelstus
Causa Nero suasorq; fuit, crudelia iussit
Ad tormenta rapi immeritas, et seua subire
Fuerat. Quae postquam vidit, dedit oscula Caesar,
Sacratam veneratus humum, et felicia rura;
Atq; mihi, o superi quorum arua rubetia calco
Sanguine, purpureosq; thoros, ignoscite, dixit.

Perstifera interea lethale canicula virus
Lento stillabat descensu, atq; aera circum
Miscuit interitus matrem, et praeludia mortis
Semina. Namq; lues per iter spirabile tracta
Pneumaticum ad visco, vitaeq; per organa serpens
Tactas corrumpit partes, grauidamq; veneno
Incussit gladem membris, unde huida radix
Tostare repentino tanquam commarcuit igne.
Cospirasse malo caelum atq; elementa putas:

Sirius euomuit rabiem, eructataq; molles
Toxica concepere aure: Sol fortius ussit
Atq; auxit vires: in rorem Lunaresoluit
Humidaq; inspersit terris, quo armeta necata
Pestilis attractu succi periere subinde.
Nec securas vias solitas tranabat amicta
Plumis multicolor Syren, quin noxius ipsam
Halitus obstructo mox suffocauerit ore,
In medys ventis, alta vel ab arbore stantem.
Nil referunt simile historia; afflictissima certè
Tunc fors Italiae faciesq; miserrimarum.
Exhausta iacuerunt vrbes, incultaq; nullus
Arua diu secuit vomer; sub matre iacentes
Corrumpti passa est humana incuria fructus:
Nil operata manus duos pertæsa labores;
Prouida venturi virtus refrixit, obibat
Nã sola ante oculos mortis tristissima imago
Atq; hora exitij presens. Quæ serius urbem
Quamquam ingressa lues Romam, contagia
lento
Contraxerunt tamen trepidi vicina Quirites
Incremento etiã, q; tarde vis lurida creuit.
Cæsarea ergo morã præscindens ocyus omnem
Maestas

Maiestas, funesta loci comertia fugit
Et patrios subijt Latio de cardine fines
Tandē iterū; virtus comes & victoria iuxtā.
Sola domi KVNEGVNDA sedens sua pa-
uit amore

Pectora caelesti interea, fratremq; maritum
Assiduis precibus celso insinuavit Olympo,
Ipsum barbaricus ne forsitan hauriat ensis,
Mactatumq; ferox tractet crudeliter hostis,
Saluus Teutonici subeat sed limina victor
Regni iterum, domitis faelici Marte profanis
Gentibus. Hinc pretiosa sacros clinodia ad
usus

Ipsa operata manu, argento confecit & auro,
Aspera gemmarum signis atq; arte superba.
Non mansit securus tamen, quin Tartara in
ipsam (Austros

Infandas coquerent fraudes. Iacet inuia ad
Vasta vorago procul, scopuli undiq; & un-
diq; sylva

Impendent cinguntq; locum, caligo profunda
Perpetuaq; ubi stant nebulae, & barathra in-
fima spissus

Complexu ingenti late super ambulat aer.
Non longè ad geminam cāpus se laxior Arctō
Pandit in excursum ingentem, atq; umbra-
cula circum

Pinea: eò, ut fama est, delata venefica quōdā,
Impia lasciuis exercuit orgia sepè
Lusibus, & stygios portauit succuba manes.
Ebrius ergò odio veteri crudelis Auerni
Arbiter, aereū vulgum, & qui praesidet undis,
Cōuocat, umbrarūq; trahit dēsa agmina secū.
Hinc ipse antiquū trūcū arboris occupat, inq;
Talia prorumpit tumida verba ebria bile.

Nō satis illuisse viros erat haētenus, obstet
Ni et leuior sexus mulier? iā femina Auerno
Prō pudor, insultant steriles, timidisq; puellis
Fabula facta sumus. Quae vos ignaua moratur
Segnities, imbelle genus? dūm regna laborant
Insera, tu dormis? dū inuadimur, otia inertē
Semiuiui, teritis requie? & consumitis horas
Nec quicquā? mirū, ni nostra potentia maior,
Ni numero praeā & virtute patētibus orbis
Imperijs. Vbi fallendi experientia, ubi artes
Insidiaeq; manent? si desint arma; sed armis
Noster

Noſter abundat adhuc Acheron, nec ſpicula
deſunt,

Nec deſunt arcus, ſed qua manus urgeat illos
Lenta nimis: ſi miſſa ſemel declinat arundo,

Altera eat, pluresq; ſcopo illidantur eidem,

Dum feriāt ſemel. Incuſſum torſiſſe ſagittam

No vnā nemini, cum peruia corpora nuſquā,

Ille vir & conſors thalami, ſterile atq; ſuperbū

Coniugij par effæti, cui lubrica fauit

Turgentis mundi ſolium ſors altaq; ſceptra,

Præbuerint: tentata illic extrema putatis

Omnia? ſudatum fruſtra licet, ultima nondū

Explorata tamē; modus alter & altera pugna

Ingrediēda via eſt, equidē & mea memet ianis

Spes luſit, cum venturum fore rebar, ut abſens

Fulmina bellorū Auſonio dum ſtrenuus orbi

Inferret victor, Chaldaeaq; frangeret armis

Robora, adulterij ſe labe coinquinet uxor,

Et Veneri interea laſciua indulgeat: actum

ſcilicet egeſtis, conſumpta audacia fruſtra eſt:

Marmoreā velut in ſtatua conuerſa retudit

Blandos ſuaſorum inſultus ac mollia verba,

Ætas & ſexus vinciri poſſe trahiq;

Compedi-

Compedibus nostris spē fecerat, ultrò cathenis
Colla quasi insertura foret: sed sparsimus escā
Fatalem, nostrasq; dapes & retia inani
Fecimus aucupio, laqueos ac pabula risit
Vna audax mulier, nōstis. Quæ ineunda de-
inceps (cedent

Cura igitur? steriline Acheron & Tartara
Connubio? & victos nos una coarguet? absit:
Fortius instandū, nisi nostra ignavia Auernū
Sic ultrò everti, damnumq; notabile regno
Inferri patimur, nā grandia voluere certū est,
Atq; agitare anīo par illud, ubi arctō amoris
Nodus & infractus permanserit: ardua uterq;
Concepit, studijsq; nimis contraria nostris.
Consiliū accipite; ostendā, qua fraude volūtas
Semiuiri inflectenda; cadent fortasse, refrixit
Flamma ubi, proposita aētutūm. Generosus
in aula

Miles agit, forma insignis & robore prestās:
Occultis afflate hominem suggestibus, ima ut
Regina obscenos trahat in precordia amores,
Ut quocunq; pedem vertit, comitetur euntem
Protinus, & noctem lasciuam speret ab illa

Signis

Signis ac nutu, aut melior si occasio fiat,
Verbo etiam: intrepidum facite & temerari-
um, aperte ut

Prodat amatorem obliqui petulantia visus,
Et nil dissimulet, donec suspectus adulter
Arguat uxorem stupri, violataq; credat
Jura thori offensus non vero crimine Caesar.
Hos illi stimulos facili inspirabitis arte,
Quos unà invidia atq; odij formeta sequatur,
Atq; vlciscendi sceleris firmata voluntas.

Hoc agite, & factū multa cū laude probabo.

Dixit, & electis, quorū explorata Tyrāno
Texenda ante alios studiū atq; peritia fraudis,
Cum fremitu erūpens stygias repetiuit abyssos.

Illi cornicum similes habitu atq; colore,
Concussis plausere alis, perq; aera gyro
Ter ducto, invasere Babe de nomine dicta
Mœnia, obumbrantes veteris suggrundia
castris,

Caesar ubi & coniux, nocturna q; tēpora nacti,
Miro turbārunt obscena insomnia spectro,
Militis illapsi in conclavia: namq; volantes
Circū aures circumq; oculos, premolliter alis

Ad caput appressis, impuro pneumate cellas
Cōplerunt vacuas cerebri, ut quasi fascino a-
moris

Vi magica percussus, atrox in pectore vulnus,
Et rabidos seuire animis persenserit ignes.
Forma subit dōina, et vana sub imaginē formæ
Diligit obiectū phantasma, atq; oscula inani
Imprimit idolo. Sed quem fugitiua mouebat
In somnis species, traxerunt corda furorem
Altius, una maliradix & origo flagellat
Spiritu anhelantē miseri, & medicina doloris,
Vnde bibit fomenta dolor, speratur ab una.
Ingenti interior crepitat focus igneus æstu,
Siccaq; mordaces lambūt precordia flamma.
Visa refrigerium spondet, visaq; calescit
Fortius: instillat de Palladis arbore succos,
Accensam fatuus dum vult sopire lucernam.
Heret in obtutu fixus, seu pocula parcè
Sorbeat, aut positis moderatè indulgeat escis;
Miratur placidos, & quos magis esse procaces
Optasset vultus, tacitè probat atq; stupefcit.
Egrediente comes graditur; petulātius inflat
Obsequiosus Amor, temerataq; vota ministro
Sugge-

Suggerit, amplexus sibi quòd promiserit, ipsi
Qui nūquā patuere viro. Manifesta notabat
Jam non obscure lasciuo in milite signa
Rex igitur, qui participem pruriginis esse
Et sociam stupri uxorem persuasus, acerbè
Nil meritā increpuit: vāh! qua iurata voue-
Virgineū cælo florē, iam flaccidus inter (bas
Obscenos luxus commarcuit; hoc cine votū?
Hic né animi candor, mulier? sic ludere mecū
Et Diuos te posse putas? hæc pallia turpis
Perfidia, hic pretextus erat? Dabis improba
pœnas.

Consternata metu atq; rei nouitate, scelesti
Quæ sibi nullius facti tum conscia, fleuit,
Infractam testando fidem, saluumq; pudorem.
Ne mihi, ne, dilecte, meis hos moribus, inquit,
Aptos crede dolos; fierem superisq; tibiq;
Sic periura? DEO mēdax? mihi de decus ipsi?
Infamis mundo? auertant pia Numina labē
Hanc procul atq; nefas à me; sim sensibus orba,
Sim rationis inops, tanto si crimine memet
Polluā: abhorrescūt animi; dat gratia robur
Exterior diuina; mali ne concipe quicquam,

Nec suspecta tibi tua sit KVNEGUNDIS: ha-
bere.

Verba suum pondus mea supplicis atq; valorē
Rex permitte aliquem, nec inexorabilis esto,
Moribus excusata suis quae iure meretur
Gratiam. Adulterij sin me sordescere culpa
Reris adhuc, statue exemplum, inuiolata pro-
betur

(ultrò

Per quod virginitas: quicquid decreueris,
Pœnarum subeo: tormenta per omnia tutam
Seruabit DEVS. At nondum extirpata reli-
quit

Fallax cōiectura animum: iubet ocyus ignes,
Sectilis atq; arui dura instrumenta parari,
Ferréas sulcorum falces, candentiaq; ire
Fulcra super pede nudato, & calcare rubentes
Clatrati costas operis. Nihil illa morata, (xes,
Genua recuruat humi, & stellatos suspicit a-
Sic orans breuiter. Tu qui scrutaris abyssos
Cordium, & humane evoluis sensa intima
mentis,

(alti,

Summe elementorum fabricator & Ætheris
Adiuua in extremis positam, custodia si quid
Nostra:

Nostra pudicitia meruit; si corpora tactus
Hæc nunquam sensere viri, si casta voluntas,
Ut voti, ac sine labefuit: si nomine digna
Virgineo KVNIGVNDIS adhuc, suppone, ca-
lescens

Dum pes delibat ferrum, tua brachia, & igni
Vim solitam, atq; istis robur carbonib. auffer,
Dixit, & abstracta, quæ calcem ambibat,
aluta,

Pressit inoffensis suppôsta piacula plantis,
Candentiq; super cratere innoxia sensit
Dorsa, inter viridist tanquam si pascua prati
Gramineosq; thoros incederet. Horruiat stas
Portetum, & facti obstupuit miracula Cesar,
Jam cælo faciente fidem, & testantibus astris
Regine in fontis meritum, incorruptaq; vota.

Hæc Bambergiacam dum fama peram-
bulat urbem, (quas,
Sparsit & in terras operum portenta propin-
Altera prodigiosa magis superaddita prima,
Terribili rerum serie præurgida, lentè
Se populo insinuat, sacriq; miserima pandit
Funera & infælix defuncti Antistitis omen.

Prisca, quibus gemina dederunt sua nomina
voces (Albim,

Parthenos atq; Polis, celerem stant mœnia ad
Incumbebat ubi indigno pastoris cura
Pontifici Vdoni quōdā, qui stemate quāquā
Obscuro atq; humili, naturā tardior esset,
Et rudis ingenio, & pulchras minꝰ aptꝰ ad ar
Libratis tamen assiduè in sublimia largos (tes,
Cum fletu precibus, lentum exorando rigorem
Molliri, atq; novas labi in sua pectora vires
Sensit, ut insolitus mentē vigor, atq; capaces
Doctrinarū agitēt stimuli, simulachraq; rerū
Grādū, & in summo laudū qua cardine fixa.
Substrauere basin pedibus deuotio, princeps
Virtutū, & demissa soror, quas gloria, sursum
Ambarum subuecta alis, pessundedit ambas.
Circū colla Venus nāq; aurea vincula nectens,
Traxit in obscenos, superante libidine, sensim
Pruritu captiuū hominē, ut saturādꝰ amore
Sacrilego, in gremium velata virginis, audax
Raptor & incestus, non formidauerit ire.

Vidit & excelsa DEVS indignatus ab arce
Horribilem ingenti crepitu per nubila vocem
Ingeminans illisit surdis auribus, Vdo

Cessa de ludo. Quam dum scortator inanem,
Et velut in ventos iaculatam sperneret, ecce
Aliger aetherea egressus de sede minister
Inuolat, & molli e gremio plumaq; cubantem
Judicia ad diuina citat; sublimis Olympi
Conciliū ex alto in templum descenderat axe,
Quod pia Thebanae legionis principi ibidem
Non paruo quondā statuit deuotio sumptu,
Quorum in conspectum productus ab Angelo
iniquus

Præsul, terribilem mortis sententiam acerba
Audijt, & stricto gladio percussus ad aram,
Sanguineū impressit cādēti in marmore signū
Lethæas intrante anima cum corpore abyssos.

Nō procul angustus vicus distabat ab urbe
Sacra ubi facturus solito de more Sacerdos
Noctē intēpesta, qua de Nazaride Nympha
Molliter in stipulis elapsus vagijt infans,
Intra procinctum muri, lustrataq; septa
Importunū hausit strepitum, turbasq; ruentes
Lasciuis circum choreis, quibus usq; fideli
Hortatu frustra admōitis, hoc vīdicet inquit
Flagitium DEVS, & tanti sit criminis ultor.
Effectus subito est vocem comitatus, eundem

Protinus in gyrum celeri vertigine namq;
Assiduo cursu choreæ globus ille rotari
Cæperat, horrendum dictu, totoq; salire
Impetu, Apollineus donec se verteret axis
Extremos inter Tropicos semel, atq; figuras,
Obliquum per iter gradiens describeret omnes
Cynthius. Instabat rabidus saltantibus ardor
Noctes atq; dies, requies nec facta furori.
Omnis portentum obstupuit vicinia, adire,
Affari, at tractare manu & contingere, nulla
Placata mentis spectari signa, videri
Sed manifesta tamen diuina impressio plage.

Tunc Vbiorum illas Antistes fortè per vr-
bes (tum

Transierat vertente anno, qui in sydera vul-
Librans, pœnarum nexum & sacra vincula
soluit,

Inq; statum posuit, Diuos orando, priorem,
Non impune licet, tristi nam mortè cadebant
Nonnulli, & fugiēs subito calor ossa reliquit:
Cocusi tremuere artus, ac membra quibusdã
Perpetuæ inuasit trepidus formidinis horror,
Dum scelerum furijs agitata urgentib. hausit

Fatalem

Fatalē stimulum mens. Sanctus Episcopus ille
Nempe Herabertus erat, quem affectum in-
iuria, iniquis (aperta

Tractatumq; modis, HENRICVS Caesar,
Livida ubi invidia est facta obtrectatio, ami-
Presentē affatus, multo placavit honore, (cē
Dum natalicios genito bis Numini obiret
Solenni pro more dies, quā proxima Rheno
Alluitur laxis ambita Colonia muris. (nem

Jamq; animū sacris studijs intenderat om-
Ebrius afflatu cœlesti, imoq; premebat
Vnam hanc sollicitus curā sub pectore Caesar,
Ut passim æthereis monimenta Quiritib. auri
Prodigus, extrueret, multaq; pararet opū vi,
Duratura annos pulcherrima tēpla perēnes.
Terra Tribocorū & vet9 est Thuringia testis,
Atq; vrbs Rauracis priscis cōtermina, Rheno
Quā secat, & medio scindit contractior alveo.
Namq; ea structura moles ac vasta stupendi
Compages operis, sub cuius terra laborat
Pondere, Casareo ex fisco est fundata, ruinam
Cum geminam prius, eversa à radice, subisset,
Terrarum assultu primò subitoq; tumore:

K

Barba-

Barbarico excidio demum, quādo Hunnicā
pestis
Arua Alemannorum irrumpens, per Sueui-
Atq; per Alsaticos fines, sylvā inter & alpes,
Hinc Vogesū, Iurasū illinc, latē omniā circū
Sterneret, & quaret q; solo castra, oppida, vicos.
At verò interea assurgēs dū machina cælo
Tollitur, insudat q; cohors operaria grandi
Certatim fabricæ, Romanus Olympica pastor
Templa subit moriens, magni q; fit incola cæli:
Ergo legitimo deserta Ecclesia staret
Ne rectore diu, publico diplomate sacris
Concilium ordinibus denūciat, atq; frequētē
Pontificum accersit præfata ad mœnia cætū,
Cardinis arbitrio Hesperij, Romaq; iubente.
Tunc nova delubri conceptis area verbis
Ac solito est lustrata modo, præsentē virorum
Delectu insigni, locupletibus insuper aucta
Et largis anni prouentibus, unde ministrās
Diuinis Chorus obsequijs alimenta, caput q;
Sedis supremum, & domini stipendia haberēt,
Nobilitas quibus & verbo appellata Pelasgo
Regula honoratū daret & venerabile nomē,
Deuotis

Deuotis rerum studijs ac celibe vita.
Nec quicquam, quod ad ornatū spectaret,
omisit,

Vt facies auro radians altaribus esset,
Sacrāq; vasa auro è solido conflata, supellex
Serica, & Attalicis operis precioq; superba,
Et locuples adytis cinerum congesta sacrorum
Copia, multipliciq; habitu simulachra coëcta
Fusilis argenti. Sed cui truculenta pepercit
Barbaries belliq; furor, populata nefanda est
Heresis, & quod sacra æui saluare vetustas
Debuerat vel sola quidem, temeraria rupit
Nulla operū spe fulta Fides, spoliūmq; profanis
Usibus applicuit. Mihi pande nefarie raptor
Causam hem sacrilegi furti, quo iure scelestas
Contāinare manus Diuūmq; inuadere prædā
Ausus es? an cæcum Numen captosq; fuisse
Tunc oculis superos credis? quò amētia traxit
Execranda animos? hac olim facta tremendū
Certè à te repetet Iudex, minimūq; quadrantē.

Non minus Argentina manus experta be-
nignas

Cæsaris: id mōstrat, quod nulla obliuio tollet,

Barbaries consueta trahit; ne stigmata voci
Lector in iure precor) de fundatore vocatur.
Martis idem & Veneris castrum testatur u-
trumq;

(tellus.
Misnaq; & Hildesum Boiũmq; & Francica
Deriuata velut de fonte scaturijt omnis
Copia donorum, & capite emanauit ab illo.

HACTENVS atatis cursũ, quẽ fata dede-
Pyerides primo mecum duxistis ab ortu, (rũt,
Et tenui immensam clausistis carmine molẽ.
Pauca ex innumeris libata videlicet: una;
Mors restat, mortẽq; alia est quæ vita secuta;
Fœlix, perpetua, æterna dulcedine abundans.
Termino in extremo stantem propellite cymbã
Fortiter, & paribus reliquum superare laborẽ
Annuite auspicijs, Diua, precor: omnia solã
Ad metã direxit .n., & direximꝰ omnia (hanc
Nos etiam ad solam hanc metã, ut viuendo
beatẽ

(pum,
Ille quidem acciperet, nos gratæremur Olym-
Conatus imitando pios, sanctumq; calorem.
Ducite ad ossa modo, & cineres monstrate se-
pultos,

Insuetæ:

Insuetæ applaudent confestim naribus aura,
Et flabit cœlestis odor, parti aetheris index.

Plena traham argumenta illinc, largamq;
canendi (recensq;

Materiam: insolitam exhalat vim tumba,
Gliscit adhuc virtus spirante cadauere: viuūt
Non viui cineres, fortiq; operatur in illis
Omnipotēs motu vigor, & miracula pangit.

Ergo fatigatis naturæ viribus ibant
Tempora ad interitum iam proxima, & hu-
mida sensim

Defecit vitæ consumpto in corpore radix.

Nec tacitis mortem signis mens præscia vidit
Cæsaris, utq; suo disponderet ordine quæq;

Ne imperium forsân belli discordia mater

Turbaret, scissis vota in contraria septem

Principibus, curam ante alia in præcordia
traxit.

Sic viuus summi deuoluit cardinem honoris
Belli in ductorem CONRADVM strenuum ut
armis, (bat

Sic meritis prægnantem: illum fortuna cade-
Votaq; in Heroem communia. Casta deinceps

Commendata palā Agnatis presentib. vxor:
Tradita virgo mihi vobis authorib9, inquit,
Hæc quondam KVN EGVNDIS erat: sic red-
do vicissim

Integrā ut accepi, amplexus quæ nescia nostri,
Transegit teneros mecum sine lusibus annos.
Vixim9 expertes Veneris, soror ista, ego frater:
Me tenuit fratern9 amor, hanc flāma sororis,
Crimine uterq; carens stimulus: quod vouit,
agebat

Propositi securā sui: contraire monenti
Namq; nefas visum cælo, & cælestia vidi
Signa equidē, nec vana animū censura fefellit.
Iā mortis calcanda mihi est via dura, relicta
Vestra committo fidei: vos sumite curam
Virginis & seruate dehinc: quæ vincula rūpet
Fatalis pollex, iterum consarciēt olim,
Quod spero, diuina manus: sociabimur illic
Denuo, & excelsos sine fine habitabimus axes.

Conclauī in medio extructus de marmore
stabat (cerdos

Circum auro radiante abacus, pro more sa-
Diuinis operatus ubi, de sede paterna
Omnipotens traxit secreto murmure Numen,

Matutina nouo quoties Aurora rubebat
Lumine, & expansam discussit in aëre noctē.
Ergò accepturus postrema viatica Cæsar,
Ornari cæleste epulum, & conuiuia iussit
Vltima, diuina saturans lustrata Synaxi
Corda pius, gratesq; DEO sic deniq; soluit.
Tantane in immeritū ex alto me gratia cælo
Influat o' securas salus mortalium, ut ager
Totus & infelix peccator, ad ima supremo
In quo sordescunt à vertice singula, pascas
Angelicis hodie dapibus sic largiter? Eia
Rumpe animos sacra esca precor, mediosq; per
artus (fathiscunt
Scinde viam, ut penetres vite organa. Sicca
Pectora, fac madida atq; tuo humectentur ab
imbre: (tra
Funditus euacua quod displicet, almus ut in-
Spiritus illabēs sibi digna habitacula sternat.
Irradia tenebrosū illud, quo obscura nigrescit
Crypta profanata mentis, cecosq; pererra
Luce sinus, ne Tartarea caliginis usquam
Reliquia, aut scelerū pars intercepta supersit.
Hospite te intrepidus moriar: iam vincula
soluat Offi-

Officiūq; suū faciat natura: quiesco.
Tu custos tu ductor eris mihi sancte redemptor,
Sic fat', lateri appressit caua tēpora dextro
Atq; soporato similis, de carne migrantem
Misit in aethereos animum sine crimine cāpos.
Fortunata ubi perpetuis violaria calcat
Mensibusq; vernum bibit immortalis odorē.
Cuius in excessu Lethæe examina noctis
Spe preda coisse ferunt, qua sanctus eremi
Fre videns, humilis præter sua limina cella,
Multo cum fremitu, cultor, consistit scelestum
Vulgus ait, causamq; huius mihi pãde furoris:
Quo properas? Luçtatur, ait, cum morte Mo
narcha

Imperij, partem spoliij expectamus ab illo;
Tendim' ad funus recta: quibus, impero, dixit
Æternum cœli, senior, per Numen, adeste
Hic iterum, euentumq; spei depromite vestra,
Atq; statum monstrate obitus. Hinc radere
ventos

Nubi uagi pergunt lemures, aurasq; volatu
Fulminis in morem scindunt: iam extremus
in ore

Halitus

Halitus errabat morientis; utrinque steterē
Exceptura animum, Stygia hinc ala, Ætheris
illinc:

In medio suspensa bilanx, iniecta que moles
Factorum super, et trutina librata capaci.
Primo operum gravitas equali lance pepedit,
At vero ansatam cum immensi ponderis ollam
(Hoc fallax calicem appellabat nomine damo,
Gesta hac syluicola cum aperiret singula patri)
Inijceret, lento tostus Laurentius igne,
Ad terram depressa stetit, pars altera libra,
Merx ubi fasciculo melior collecta, levata
Parte alia, scelerum congesta ubi parva minorum
Colluio incubuit. Subita mox feruidus ira
Plebis Tartarea ductor, de vase sinistram
Aurem præripuit, Diuo quod Cæsar adusto,
Conflari ex solido quondam curauerat auro,
Mole graui geminisque ansis, portatile ut esset,
Aichstadij quod seruat adhuc Ecclesia donum,
Leua aure, ut referunt mutilum, stygioque no-
tatum

Pollice, nec tanti monimenta abscondita facti.

Humida nox cælum late amplexata tenebris

L. Clauseras

Clauserat, & tacito per amica silentia gressu,
Rore soporifero lento q̄ papauere virgam
Insectā portans somnus, se immiscuit umbras
Intēr, & audaci caua tempora praesulis ic̄tu
Brunonis feriens, sensum cum mente ligabat.
Squallidus interea & vultum turbatus adesse
Rex visus, nec vanus erat phātasmat̄is error,
Vera soporato fratri apparebat imago
Caesaris, aspectu tristi, & formidine multa
Pressit anhelantem, donec sic territus infit.
Lurida quid species, frater, portendit & oris
Iste habitus mihi terribilis? temeraria nūquid
Sustulit in te aliquis crudeli brachia victor
Verbere? an ultrices furias stygiosq̄ tulisti
Fā miser insult? quicquāné Archerōtia iuris
In te regna tenent? fortuna miserrima certē
Et fors deploranda tua est; nisi forsā acerbī
Nos luētus tibi caussa sum? rem pande, carere
Hoc stimulo omnino volūus. Sic nēpe, doloris
Tu mihi principium, Bruno, tu maxima cau-
sa es (inquit.
Sola q̄, deformis quia sum & sic squallidus,
Aere satis grandi fabricata operumq̄ labore,
Demoliri iterum atq̄ euertere templa furēter

Niteris, & spolio Diuūm possessor abuti
Sacrilegus: cauet àm infando ne pollue mētem
Crimine; ad astra scelus veniet, p̄na q̄ sequē-
tur

Protinus. His dictis conflata euauit instar
Subtilis nebula effigies: formidinis horror
Mēbra repentinus iā dudum inuaserat & mēs
Sanior, obiecti quæ conscia criminis, agra
Penituit, votum q̄ retro contorsit iniquum.
Mox q̄ thoro exiliēs p̄uidē, mihi parcite fasso
Culpā, ait, ō superi: reuoco & mutata retracto
Consilia: errauit non res, sed sola voluntas:
Cū effectū careat, ne sit damnabilis error.
Non volo quod volui semel: inconcussa ma-
Faterni moles operis. (neto

At KVNEGVNDA viro sublato ad syde-
ra, tota

Tradita mente DEO, precib. ieiunia plāgens
Miscuit assiduis, miserosq̄ adiuuit egentes,
Lucratura suo, quā sedem habitauerat ante,
Dignis HENRICO obsequijs. Reuolutus ab
ipso

Funere transierat completis mensibus annus

Integer, imperiali habitu cū ornata veniret
Annua solenni ad peragenda encenia ritu,
Lectō Pontificum numero, cultuq̄ superbo
Staret ad altare, oblata te stipite ligni,
In quo humana salus deuicta morte pependit,
Particula; hinc Tyrij deponens cycladē ami-
ctus,

Ipsa manu tenui ac trita se ambiret abolla,
Et flauum capitis scindi mandaret honorem
Ocyus, imposita sacri velaminis umbra.
Caesaries suspensa tholo inconsumpta tot annis
Nostro auo spectatur adhuc, quo se inclyta ia-
ctat

Thesauro Bambergae, ubi de Sotere vocata
Templa ad Confugia antiquo stant nomine,
priscum (des,
Regina KVNEGUNDIS opus, votiuq̄ se-
In qua humilis vitæ exemplar laudabile ma-
ter (nec

Prebuit, ad medium spacium Saturnia do-
Stella suum metata orbem, tria lustra peregit.
Si mihi Mæonios rores instillet Apollo,
Labraq̄ Mætoo madefacta rigētur ab imbre,
Si medio

Si medio de Helicone bibam quas euomit un-
dus, (gnat,

Musarumq; iugis, facunda ubi Gratia re-
Non mihi prodibit laudum pars tertia, versu
Plurima tentanti licet, & miracula nunquam
Assequar, aut species virtutum aut nomina,
in unum (fructus

Quae tanquam congesta locum, pulcherrima
Germina produxere sacri, atq; argentea metis
Lilia, quae viuum quanquam spirantia odorē
Efflarint spirante illa & viuento beata

Virgine, defuncta grauior tamē halitus inde
Naribus applausit sparsus, quo tacta quieuit
Corporis importūa lues: qui impura fugauit
Pneumata ab obsessis membris: cui ferrea
mortis (ignes.

Iura dedere locum: qui flammam auertit &
Illa equidem, vitalis adhuc quando aura su-
perstes, (rea fudit

Dum in noctem multam ad caelos sursum au-
Verba precū, lento paulatim oppressa sopore
(Cereus ardebat iuxta sensimq; minutus,
Luminem materiam sorbente, in proxima cepit

Ligna furens seuire estu & tabulata sub ipsa
Liberiore via effundi) experrecta repente
Profiluit, signoq; crucis ter in aere ducto,
Solo indignantem nutu compescuit ignem.

Tu, qui terrarum flammis opera omnia
lustras,

Testis Phæbe mihi in rebus tam grandib. esto,
Nonne ministranti radio, dum altaria dono
More suo peteret, proiectam dextera alutam
Suspendens portasti olim, medium inter inane
Debita votiui donec soluisset honoris?

Fac pariter mihi Terra fidem, dum ventre
recepta est

Mortua Nympha tuo, diuino nunquid odori
Per te ultro laxata via est, possessa proteruo
Dæmone ubi ad clausam trepidabant corpo-
poratumbam?

(præ
Hospite ad egressum pulso? quando aspera le-
Immunda excideret scabies, purgataq; membra
Linqueret obscænus, posita prurigine surfur?

Dicite stellifera sedes, tuq; ignea Olympi
Fabrica, ad excessum luctans dum tenderet
umbra

Corporis

Corporis inuasura tuos sine carnibus orbes,
Quo applausu pennata phalanx, atq; aliger
ordo,

Misit in aurarum sese spacia infima, apertis
Supremi empyrei portis, dum tolleret ipsam
Portaretq; tui super altam cardinis oram?
Diuinam clamxisset tubã, & per inane crepasse
Auditum ethereos lituos tunc, iecta sonabant
Nubila concetu insolito & cœlestibus hymnis
Fœlices gaudete animi, & mortalia vota
Suscipite, in cœlo quorum securam triumphant
Nomina scripta modo: oramus, subtracta
fauoris

Ne vestri sint subsidia ac defensio nobis,
Magni etiam ut partem per vos mereamur
Olympi.

Omnia ad maiorem DEI gloriam.

Admonitus sit beneuolus L

Erratum esse in ipsa inscriptione, versic. 7. ubi C litera à
minori numero, supputationis annorum subtrahitur, & mille-
nario dua tantum decades, cum quinaris nota postponi de-
bent.

QNT n 1706

22. 12. 1706

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

me



Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



II n
1706

CRIS HEROICA:
CRIPTA

S CLARIS

R II ROMANI LV-

NRICO II. IMPERATO-

NDÆ IMPERATRICI, VIR-

S XXV. ex hac communi miseria-

eleste illud exultantium Ange-

ium, diuino brachio fœ-

er translatis.

Decad: 2. Antonini Episcopi Flor:

ucleri Generat: 34. volum. 2. Histo-

colum: Vincent: in specul. Ra-

thropologia lib. 23. & alijs.

P E R

IVM NICOLASI

Friburg. Brisgouia Rectorem.



98

BRISGOVIÆ

APHICA MAR-

BÖCKLERI.